Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

bebat autē socrus simonis febri
tibus: et statim dicunt ei de il
la. Et accedens eleuauit eam appre
hensa manu eius: et continuo di
misit eam febres: et ministrabat eis
Vespere autē facto cū occidisset sol
afferebant ad eum omnes male habē
tes. et demonia habentes: et erat
omnis ciuitas congregata ad ianua
Et curauit multos qui vexabant
tur variis languoribus: et demo
nia multa eiecit: et non sinebat
ea loqui. quia sciebant eum. Et di
luculo valde surgens egressus.
abyt in desertum locum. ibique ora
bat. Et persecutus est eum simon:
et qui cum illo erat. Et cum inuenis
sent eum dixerunt ei: quia omnes
querunt te. Et ait illis. Eamus in
finitimos vicos et ciuitates: ut et
ibi predicem. ad hoc enim veni. Et
erat predicans in synagogis eorum
et in omni galilea et demonia ei
ciens. Et venit ad eum leprosus.
deprecans eum: et genuflexo dix
it. Si vis potes me mundare. se
cundum autē misericordiam eius extendit
manum suam: et tangens eum. ait il
li. Volo. mundare. Et cum dixisset
statim discessit ab eo lepra: et
mundatus est. Et comminatus est
ei statimque eiecit illum: et dixit ei
Vide nemini dixeris: sed vade ostende
te principi sacerdotum: et offer
pro emundatione tua. quemadmodum
mouses in testimonium illis. Et egres
sus cepit predicare et diffamare
sermone. ita ut iam non posset ma
nifeste introire in ciuitatem sed
foris in desertis locis esse et con
uenebant ad eum undique

Et iterum intrauit capharnaum post dies. et audi
tum est quod in domo esset et
conuenerunt multi ita ut non caperet eos
neque ad ianua et loquebatur eis
verbum. Et venerunt ad eum ferentes paralyticum: quem a quattuor por
tabat. Et cum non possent offerre
eum illi pre turba nudauerunt tec
tum vbi erat et patefacientes
submiserunt grabatum in quo para
lyticus iacebat. Cum autem vidisset
dominus fidem illorum: ait paralytico
fili dimittuntur tibi peccata tua. Erant
autem illic quidam de scribis sedentes
et cogitantes in cordibus suis. Quid
hic sic loquitur. Blasphemat. Quis
potest dimittere peccata. nisi solus deus
Quo statim cognito iesus spiritu
suo quia sic cogitarent intra se:
dixit illis. Quid ista cogitatis in
cordibus vestris Quid est facilius
dicere paralytico dimittuntur tibi peccata
an dicere surge tolle grabatum tuum
et ambula. Vt autem sciatis quia
filius hominis habet potestatem in
terra dimittendi peccata: ait para
lytico. Tibi dico surge: tolle grabatum tuum: et vade in domum tuam
et statim surrexit ille: et sublato
grabato abyt inde coram hominibus
ita ut mirarentur omnes. et honori
ficarent deum dicentes: quia nunquam sic vidimus. Et egressus est iterum
ad mare: omnisque turba ve
niebat ad eum. et docebat eos. Et
cum transiret vidit leui alphei
sedentem ad theloneum. et ait illi
Sequere me Et surgens secutus
est eum. Et factum est cum accubaret
in domo illius: multi publicani
et peccatores simul discumbebant cum
iesu et discipulis eius erant enim
multi qui et sequebantur eum Et scribe et phariseorum videntes. quia man
ducaret cum publicanis et peccatoribus
dixerunt discipulis eius Quare cum
publicanis et peccatoribus manducat
et bibit magister vester. hoc audi
to iesus ait illis. Non necesse
habent sani medico: sed qui male